A. D. 1907.

CURRENDA VII.

Notum facimus, Nos gravissimum muneris Nostri adimpleturos officium, canonicam *Decanatus Ropczycensis* visitationem, Domino auxiliante, sequenti peracturos ordine:

1. Die 21. Augusti a. c. horis pomeridianis ad *Góra Ropczycka* veniemus, diebus 22. et 23. Augusti a. c. ibi permansuri;
2. Diebus 24. et 25. e. m. in *Witkowice*;
3. Diebus 26. et 27. e. m. in *Ropczyce;*
4. Die 28. e. m. in *Ocieka;*
5. Diebus 29. (consecratio Ecclesiae) et 30. e. m. in *Brzeźnica;*
6. Diebus 31. e. m. (consecratio Ecclesiae) et 1. Septembris in *Lubzina;*
7. Diebus 2. et 3. e. m. in *Zawada* et
8. Diebus 4. et 5. e. m. in *Dębica.*

Durante visitatione omnes Sacerdotes dioecesani sumant — permittentibus rubricis — quotidie in Missa collectam: „*De Spiritu sancto*“.

N. 3438.

Ś. p. Poprzednik Nasz udzielał uboższym XX. proboszczom dyspenzy od aplikowania Mszy św. za parafian w święta zniesione i to bez żadnego ograniczenia, jakkolwiek odnośny Indult Stolicy św. opiewa tylko na 3 lata. W analogicznym wypadku orzekła Stolica św. na Nasze zapytanie, iż podobną władzę udzieloną Ordynaryuszom na 3 lata tak należy rozumieć, iż Ordynaryusz może tej władzy używać tylko przez 3 lata a dyspenzy od Ordynaryusza na mocy takiej władzy udzielane mają znaczenie tylko na 3 lata od dnia udzielenia.

Ponieważ o taką władzę dyspenzowania od obowiązku aplikowania Mszy św. za parafian w święta zniesione u Stolicy św. dotychczas nie staraliśmy się, ani też na przyszłość starać się nie będziemy, *oznajmiamy, iż wszelkie dyspenzy kiedykolwiek w tej sprawie udzielone nie mają żadnego znaczenia i że od dnia 1. lipca b. r. wszyscy kapłani obowiązani do aplikownia Mszy św. za parafian w święta zniesione mają się zastosować jak najściślej do Naszych postanowień, według których na mocy indultu Stolicy św. wolno na Msze św. w święta zniesione przyjmować stypendya mszalne, które w całości mają być nadsyłane na rzecz Naszego Seminaryum małego.*

LITTERAE S. CONGR. CONCILII.

De satisfactione Missarum.

Recenti Decreto „*Ut debita*“ diei xi mensis Maii MCMIV haec S. Congregatio varias complexa leges ante iam latas de Missarum oneribus religiose adimplendis, adiectis opportunis declarationibus interpositaque severa sanctione, providere studuit, ut res omnium sanctissima summo apud omnes in honore esset, periculumque amoveretur, ne quis ullo modo piis fidelium voluntatibus quidquam detraheret. Hac tamen quum essent Sedis Apostolicae curae et Episcoporum sollicitudines, non defuerunt abusus ac legis violationes, super quae Sacra eadem Congregatio excitandam denuo censuit Antistitum vigilantiam.

Constat enimvero, haud paucos, non obstantibus notissimis canonicis praescriptionibus, minime dubitasse de Missarum accepta stipe suo marte demere aliquid, retentaque sibi parte pecuniae, ipsas Missas aliis celebrandas committere, ea forte opinione ductos, id sibi licere vel ob assensum sacerdotis, animo plus minus aequo recipientis, vel ob finem alicuius pii operis iuvandi, exercendaeve caritatis.

Fuerunt etiam, qui contra toties inculcatas leges, praesertim contra num. 3m eiusdem Decreti, hoc genus industriae sibi adsciverunt, ut Missarum numerum, quem possent maximum, undique conquisitum colligerent. Quo haud semel factum est, ut ingens earum copia manibus privatorum hominum fuerit coacervata; ideoque manserit obnoxia periculo, quod quidem, remota etiam humana malitia, semper imminet rebus privatae fidei commissis.

Denique sunt reperti, qui a lege discedentes expressa num 5⁰ Decreti, Missas celebrandas commiserint non modo copiosius, quam liceret, largiri privatis, sed etiam inconsideratius; quum ignotis sibi presbyteris easdem crediderint, nominis titulive alicuius specie decepti, vel aliorum commendationibus permoti, qui nec eos plane nossent, nec assumpti oneris gravitatem satis perspectam haberent.

Talibus ut occurratur disciplinae perturbationibus utque damna gravissima, quae violationem Decreti „*Ut debita*“ consequi solent, pro viribus propulsentur, haec S. Congregatio, iussa faciens SSmi D. N. Pii Papae X., Episcopos omnes aliosque Ordinarios admonet, ut curam omnem et vigilantiam adhibeant in re tanti momenti, edoceantque clerum et administratores piorum legatorum, quanta ex inobservantia et contemptu legis pericula proveniant; quo onere ipsorum conscientia gravetur; quam temere arbitrium suum legibus anteponant, quas diuturna rerum experientia ad rei augustissimae tutelam collocavit; qua denique sese culpa obstringant; quibus poenis obnoxii fiant.

At malo radicitus extirpando Emmi Patres necessarium insuper censuerunt huc usque praescriptis nova quaedam addere. Itaque re discussa primum in Congregatione die 23. Mensis Martii 1907. ac denuo in sequenti die 27. Aprilis, sub gravi conscientiae vinculo ab omnibus servanda haec statuerunt:

I. Ut in posterum quicumque Missas celebrandas committere velit sacerdotibus, sive saecularibus sive regularibns extra dioecesim commorantibus, hoc facere debeat per eorum Ordinarium, aut ipso saltem audito atque annuente.

II. Ut unusquisque Ordinarius, ubi primum licuerit, suorum sacerdotum catalogum conficiat, describatque Missarum numerum, quibus quisque satisfacere tenetur, quo tutius deinceps in assignandis Missis procedat.

III. Denique si qui vel Episcopi vel sacerdotes velint in posterum Missas, quarum exuberet copia, ad Antistites aut presbyteros ecclesiarum, quae in Oriente sitae sunt, mittere, semper et in singulis casibus id praestare debebunt per S. Congregationem Propagandae Fidei.

His autem omnibus ab infrascripto Secretario relatis eidem SSmo D. N. in audientia diei 28. mensis Aprilis, Sanctitas Sua deliberationes Emmorum Patrum ratas habuit et confirmavit, easque vulgari iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae die 22. mensis Maii 1907.

† VINCENTIUS Card. Episc. Praenestinus,
Praefectus.
C. De Lai, *Secretarius.*

De Communione in oratoriis privatis ministranda.

Hodiernus Cathedralis Ecclesiae Malacitanae in Hispania Canonicus Poenitentiarius, ut suo Consultoris munere fungatur, de consensu Rmi sui Episcopi, a Sacrorum Rituum Congregatione responsionem enixe postulavit ad sequentia dubia:

I. An liceat Sacram Communionem in Oratoriis privatis, de Ordinarii tantum licentia, indultariis ministrare?

II. Utrum non tantum indultariis sed etiam fidelibus Sacro adstantibus in praedictis Oratoriis Sacra Communio ministrari possit?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, reque sedulo perpensa, respondendum censuit:

Ad I. Praesupposito Indulto Apostolico pro concessione Oratorii privati, *affirmative.*

Ad II. *Negative,* nisi adsit indultum Apostolicum. Atque ita rescripsit die 10 Februarii 1906.

A. Card. TRPIPI, *Pro-Praef.*
L. † S.
D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

E scholariorum duellis provenit irregularitas ex infamia iuris quoad duellantes eorumque patrinos.

Episcopus Wratislaviensis his litteris nuper ad S. Sedem recurrit: „Exponitur humillime Sanctitati Vestrae ex parte devotorum illius oratorum Henrici Bienau, Edmundi Holthoff, Francisci Forsche, Josephi Golenia, Bernardi Joppich, Antonii Bugiel, Dioecesis Wratislaviensis subditione borussica in Seminario meo clericali degentium, quod ipsi sacra tonsura et ordinibus summopere cupiunt initiari. Sed quoniam dicti

oratores, in Universitate litterarum Wratislaviensi quondam studiosi duellorum (Studentenmensuren) complices extiterunt, nempe Henricus Bienau semel duellum perpetrando et centies quinquagies vel cooperando vel spectando; deinde tamquam spectatores Josephus Golenia semel, Franciscus Forsche bis, Edmundus Holthoff et Bernardus Joppich pluries, Antonius Bugiel denique quater vel quinquies ad monomachiam provocando vel provocationem acceptando, omnes irregularitate irretiti videntur. Attamen quaestio exorta est, utrum ex *defectu famae* secundum s. Conc. Trid. 24. cap. 19. De ref., an ex *defectu lenitatis* irregulares sint. In tali enim casu hucusque, secundum communem opinionem et usum in civitate ac Dioecesi Wratislaviensi vigentem, defectum lenitatis adesse statuebatur; cum duellum, ut ferre his temporibus inter Universitatis studiosos committitur, ludus potius temerarius vitaeque periculo carens, quam res magni momenti existimetur, et spectatores mera curiositate, non consensu plerumque adducti sunt. A defectu lenitatis absolvendi Sanctitas Vestra, ut praedecessoribus meis, sic mihi quoque facultatem die 23. Junii a pr. benignissime impertita est. Sed ut in hac re in posterum quodvis dubium tollatur, Sanctitati Vestrae humillime supplico, ut Ipsa gratiosissime velit declarare, *a quanam irregularitate* in tali casu dispensandum sit.

Dubium.

An, a quibus et ex quonam titulo irregularitas contrahatur, quando duellum ea ratione committitur, qua his temporibus inter Germaniae Universitatis alumnos fieri solet in casu.

Resolutio. Sacra C. Concilii, re disceptata sub die 9. Augusti 1890 censuit respondere: *Affirmative, a duellantibus eorumque patrinis, ex infamia iuris.*

Ex quibus colliges. I. *Irregularitatem* quoad ordines suscipiendos aut in eisdem ministrandum enasci vel *ex defectu lenitatis* vel *ex infamia iuris.*

II. *Ex defectu lenitatis* irregularitatem enasci quoties humanus sanguis, iuste vel in bello vel in causa capitali, funditur, effectu sequuto.

III. *Ex infamia iuris* irregulares fieri duellantes, eorumque patrinos, qui ideo ordines sacros suscipere prohibentur, absque dispensatione pontificia.

IV. Duellum proprie dictum esse pugnam initam inter duos vel plures in pari numero, privata auctoritate, vel ex condicto, statuto loco et tempore cum armis ad occidendum sive graviter vulnerandum aptis, cum periculo occisionis, mutilationis, vel vulneris.

V. Ex iure pro duello habetur et duelli poenis subiicitur, pugna illa, in qua tantum sit periculum vulneris, quaeque initur cum pacto de dirimendo certamine, cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem fuderit.

VI. *Duellis in themate omnia esse elementa, quae veris duellis conveniunt*, haud dubitari posse videtur; nam effera sunt certamina, quae rectae rationi et legibus Ecclesiae repugnant ex iis motivis, ac si cum periculo occisionis aut mutilationis instituerentur.

VII. Nihil referre, ad verum duellum constituendum, an initum fuit spectaculi, ut olim, aut virtutis ostendendae causa; sed tantum requiri, ut sit singulare certamen, susceptum ex condicto, et armis lethalibus, ut duellantes et patrini censuris subiiciantur.

Podajemy w dosłownem brzmieniu P. T. Duchowieństwu do wiadomości i zastosowania się w danym razie **bardzo ważny reskrypt** c. k. Ministerstwa Wyznań i Oświecenia z dnia 30. kwietnia 1907. L. 17723., **dotyczący zaopatrzenia księży kooperatorów w razie ich choroby,** a komunikowany Nam pismem c. k. Namiestnictwa z dnia 15. maja 1907. L. 58650.

In der Öffentlichkeit sind mehrfach Klagen darüber laut geworden, dass in der Seelsorge tätige Hilfspriester im Falle einer Erkrankung die Kosten ihrer Vertretung aus Eigenem zu bestreiten haben oder von ihrem Dienstposten abberufem werden und bis zu ihrer Wiederanstellung jeder Dotation entbehren.

Diese Klagen und die sich mit denselben verbindenden Wünsche nach einer der Billigkeit und Gerechtigkeit entsprechenden Regelung der einschlägigen Verhältnisse geben mir Anlass die Aufmerksamkeit Eurer Exzellenz auf folgende Momente zu lenken:

Nach §. 9. des Gesetzes vom 7. Mai 1874. (R. G. Bl. Nr. 50.) ist in dem Falle eintretender Dienstesuntauglichkeit eines selbständigen Seelsorgers weltgeistlichen Standes im Einvernehmem der kompetenten staatlichen und kirchlichen Behörde die Entscheidung zu treffen, ob ein Provisor (Administrator) oder Hilfspriester zu bestellen oder der dienstuntaugliche Seelsorger nach Verzichtleistung auf die Pfründe in den Defizientenstand zu übernehmen ist.

Diese Gesetzesstelle findet ihrem Wortlaute nach zunächst auf selbstständige Seelsorger Anwendung, wobei hinsichtlich des Ausmasses der Bezüge für die beigegebenen Hilfsorgane auf das Gesetz vom 19. September 1898. (R G. Bl. Nr. 176.) insbesondere §. 1. Abs. 3. und §. 11. und auf §. 1. des Gesetzes vom 24. Februar 1907. (R. G. Bl. Nr. 56.) zu verweisen ist. — Durch den Umstand, dass §. 9. des Gezetzes vom 7. Mai 1874. der selbständigen Seelsorger insbesondere erwähnt, ist aber keineswegs eine Fürsorge für die Fälle der Dienstuntauglichkeit von Hilfspriestern ausgeschlossen. Hinsichtlich dieser stellt §. 10. des berufenen Gezetzes zwar zunächst den kirlichen Oberen anheim, rechtzeitig die entsprechende Vorsorge zu treffen. — Indem aber eben diese Gesetzesstelle weiters vorschreibt, dass zu dieser Verfügung die stattliche Zustimmung einzuholen ist, wenn an einen öffentlichen oder unter öffentlicher Verwaltung stehenden Fonds ein Anspruch gestellt oder eine Pfründe bleibend belastet werden soll, erscheint deutlich darauf hingewiesen, dass auch in den erwähnten Fällen eine entsprechende Fürsorge von der Gesetzgebung intendiert und am Platze ist. Diese wird je nach der Sachlage eine verschiedene sein können. Zunächst steht grundsätzlich nichst im Wege, dass der erkrankte Hilfspriester auf seinen Posten und damit im Fortbezuge seiner Dotation belassen werde.

Im Falle als durch die Sorge für seine Vertretung ihm oder seinem vorgesetzten selbstständigen Seelsorger besondere Auslagen und Kosten erwachsen sollten, die nicht aus den allfälligen Überschüssen des Pfründeneinkommens oder sonstigen lokalen Mitteln bestritten werden können, wird kein Hindernis dagegen bestehen, den Antrag auf Übernahme dieser Kosten auf den Religionsfonds oder Gewährung einer Unterstützung aus diesem Fonds zu stellen. Eventuell wird, wenn in diesem Falle der selbstständige Seelsorger durch seine erhöhte Mühewaltung für sämmtliche Agenden des erkrankten

Hilfspriesters Sorge trägt oder wenn ein im Orte befindlicher aus öffentlichen Mitteln dotierter Priester diese Agenden übernimmt, demselben in sinngemässer Anwendung des §. 11. des Gesetzes vom 19. September 1898. (R. G. Bl. N. 176.) eine Remuneration bewilligt werden können. Eine solche wird ebenfalls und zwar im erhöhten Masse zugebilligt werden können, wenn die betreffende Dienstleistung durch einen anderswo angestellten Priesterexcurrendo erfolgt.

Es mag ferner den Bedürfnissen einer Seelsorgestation dadurch Rechnung getragen werden können, dass dem betreffenden selbstständigen Seelsorger für die Dauer der Erkrankung eines Hilfspriesters ein anderer Hilfspriester zugewiesen wird. Falls für dessen Dotation nicht in den Überschüssen des Pfründeneinkommes oder in sonstigen Lokalmitteln die Deckung gefunden werden kann, wird nichts im Wege stehen den Antrag auf Übernahme dieser Dotation auf den Religionsfonds zu stellen. Endlich ist durch die Bestimmungen des Gesetzes vom 19. September 1898. (R. G. Bl. 176.) keineswegs ausgeschlossen, einen zeitweilig dienstunfähigen Hilfspriester in den zeitlichen Ruhestand zu übernehmen, wodurch die anderweitige Besetzung eines Postens ermöglicht wird, während der Defizient für die Dauer seiner Unverwendbarkeit einen Ruhegehalt geniesst.

Diese verschiedenen Modalitäten zeigen, dass im Bestande der geltenden Gesetzgebung eine entsprechende Fürsorge für Hilfspriester in Erkrankungsfällen durchaus möglich und am Platze ist. Die Initiative in der Richtung, welche von diesen Modalitäten im einzelnen Falle anzuwenden kommt, wird selbstverständlich zunächst Sache des betreffenden bischöflichen Ordinariates sein §. 10. des mehrberufenen Gesetzes vom 7. Mai 1874. (R. G. Bl. Nr. 50). Demnach lade ich Eure Exzellenz lediglich ein, einschlägige Vorschläge der zuständigen kirchlichen Oberbehörde mit aller Beschleunigung der weiteren Amtshandlung unterziehen zu lassen, beziehungsweise die entsprechenden Anträge an das Ministerium für Kultus und Unterricht zu leiten.

Es wolle Eurer Exzellenz gefällig sein von dem Inhalte dieses Erlasses die bischöfl. Ordinariate des dortigen Verwaltungsgebietes in Kenntnis zu setzen.

Der Minister für Kultus und Unterricht:
Marchet m. p.

Jak widać, celem tego reskryptu ministeryalnego jest: 1) zaradzić potrzebom parafii w razie zasłabnięcia ks. kooperatora, 2) chorego ks. kooperatora nie zostawić w czasie jego choroby bez zaopatrzenia. Reskrypt podaje ku temu trzy sposoby:

I. Chory kooperator zatrzymuje zajmowaną posadę i połączone z nią pobory, a w pracy wyręcza się kapłanem albo przez siebie do zastępstwa uproszonym, albo przez ks. proboszcza do tego powołanym. Koszta tego zastępstwa mają być pokrywane z nadwyżki dochodów proboszczowskich. Gdyby dochody beneficyalne były infra congruam, można żądać, aby fundusz religijny przyjął je na siebie w całości, lub przynajmniej udzielił zapomogi.

W szczególności, jeśli sam ks. proboszcz wyręcza w pracy chorego kooperatora swego, albo inny z miejscowych księży, dotowanych już z funduszów publicznych (n. p. ks. katecheta którejś szkoły, lub jaki emeryt), to należy się im remuneracya

po myśli §. 12. ustawy z 19. września 1898. (30 koron miesięcznie). Gdyby chorego zastępował kapłan z sąsiedniej parafii excurrendo, należy mu się wyższa remuneracya, aniżeli co dopiero wspomniana.

II. Chory zatrzymuje posadę i dotychczasowe pobory, a dla zastąpienia go w pracy parafialnej przysyła władza duchowna innego kooperatora. Zastępca będzie pobierał płacę pełną albo z nadwyżki dochodów proboszczowskich, albo, gdyby nadwyżki nie było lub nie wystarczała, z funduszu religijnego.

III. Chory traci zajmowaną posadę i połączone z nią pobory, a zostaje przeniesiony w czasowy stan spoczynku i otrzymuje płacę emerytalną, do której ewentualnie mają być wliczone dodatki pięcioletnie.

Który z tych środków ma być w poszczególnym wypadku zastosowany, decyzya zależeć będzie od Ordynaryatu Biskupiego.

N. 3231.

Ks. Jakóba Błaszczaka, proboszcza w Hyżnem, „*Katechizm dla szkół ludowych*“, wydanie II. poprawione, cena 50 h., przychylnie przez krytykę przyjęty, polecamy PT. Duchowieństwu Dyecezyi Naszej do użytku pozaszkolnego.

Mutationes inter Ven. Clerum.

Nominati: Adm. Rev. et Clmus S. Th. Dr. Jacobus Górka, Consiliarus, Referens et Assessor actualis Consistorii Episcopalis — Rev. Bach Joannes, Cooperator in Bochnia, catech. II. c. r. gymn. in Bochnia — Rev. Sitko Romanus, capellanus Illmi Ordinarii et cooperator ad Ecclesiam cathedralem, catecheta c. r. gymn. in Mielec — Rev. Przywara Michaël, cooperator e Szczepanów, catecheta c. r. semin. paedagog. in Stary Sącz — Rev. Pabis Joannes, cooperator in Nowy Sącz, director et catecheta scholae claustri VV. Clarissarum in Stary Sącz, necnon dicti claustri Capellanus — Rev. Kuropatwa Ladislaus, cooperator in Borzęcin, catecheta in Msznaa dolna.

Instituti: Rev. Paczyński Michaël, senior cooperatorum Ecclesiae cathedralis, ad benef. in Trzciana.

Beneficio resignavit: A. R. Jachtyl Joannes, parochus de Rożnów.

Constituti: R. Nowak Stanislaus, cooperator de Trzciana, admin. in Rożnów — A. R. Kumor Josephus, director et catech. scholae claustr. Clarissarum et catech. c. r. semin. paedag. in Stary Sącz, administr. in Tylicz.

Translati: Dr. Stan. Wróbel e Wojnicz ad Eccl. cathedr. Tarnów—Bajda Joannes e Łączki kuch. ad Nowy Sącz—Pawlus Michaël e Lisiogóra ad Bochnia—Pawlik Ignatius e Mszana dolna ad Lipnica murowana — Śliwka Joannes e Zakliczyn ad Borowa — Jachna Adalbertus e Łącko ad Szczucin — Olszowiecki Josephus e Porąbka uszewska ad Pleśna — Harbut Bartholomaeus e Przecław ad Lubcza — Kurkiewicz Adam e Żegocina ad Zgórsko — Całka Aloisius e Brzozowa ad Lisiogóra — Łaś Bartholomaeus e Borowa ad Łączki kucharskie — Krzemieniecki Stanislaus e Szczucin ad Dembica—

Bruśnicki Jacobus e Lipnica mur. ad Brzozowa — Wolski Bartholomaeus e Dembica ad Kamienica — Kalicki Stanislaus e Kamienica ad Radomyśl — Bączyński Ladislaus e Radomyśl ad Mszana dolna — Chrząszcz Josophus e Bolesław ad Żegocina.

Neo-ordinati applicati: Cebula Joannes ad Łososina górna — Fasuga Josephus ad Zaborów — Karczmarczyk Antonius ad Szczepanów — Kołodziej Martinus ad Bolesław — Maryański Josephus ad Szczepanów — Orczyk Michaël ad Łącko — Piotrowski Alexander ad Przecław — Put Josephus ad Zakliczyn — Sora Jacobus ad Porąbka uszewska — Stabrawa Josephus ad Wojnicz — Szczerbiński Joannes ad Borzęcin — Grotowski Michaël ad Łęki dolne.

E Dioecesi in perpetuum dimissus (excardinatus): A. R. Czernecki Franciscus, anteact. paroch. in Przecław.

Piis ad aram precibus commendatur:

anima p. m. **Andreae Łuczkosiński**, presb. defic., qui Sacramentis moribundorum provisus die 9. Julii a. c. in Cerekiew pie in Domino obdormivit — *Societati precum* pro felici morte *adscriptus*.

A CONSISTORIO EPISCOPALI.

Tarnoviae, die 9. Julii 1907.

Ladislaus Chendyński
Cancellarius.

† LEO Eppus.

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Drukiem Józefa Styrny w Tarnowie.